

Daniel Georg Morhof


**Ciconiae Adriano. Quem. Vir. ... Dn. Laurentius. Bodock. Integro. Biennio.
Hospitio. Liberali. Exceperat. Nunc. Autem. Inficeto Facinore. Truncato ...**

Rostochi[i]: Kilius, 1659


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747403120>


Druck Freier  Zugang





K. K. — 2 (104.)





OHE QUIRITES.
EXEQUIAS.
PIENTISSIMO. VOLUCRI.

CICONIÆ ADRIANO.

QUEM. VIR.

NOBILISSIMUS. ET. EXCELLENTISSIMUS.

DN. LAURENTIUS:

BODOCK. INTEGRO. BIENNIO.

HOSPITIO. LIBERALI. EXCEPERAT.

NUNC. AUTEM. INFICETO. FACINORE.
TRUNCATO.

QUIBUS. COMMODUM. EST. IRE.

HEM. TEMPUS. EST.

TU. INPRIMIS. INDUPERATOR. REGIO-
NIS. JUNONIÆ.

A Q U I L A.

TU. S. P. Q. AEREE.

VOSQUE. CÆTERI. CIVES. REGNI. SUBLUNARIS.

AD. UNUM. OMNES.

MAXIMI, MEDIOXIMI, MINIMI.

ALIGERI. TAM. JUVENES. QUAM. SENES.

ADESTOTE. ADVOLATE.

ET. AUDITE. SULTIS.

VESTRO. GREGALI.

PARENTANTEM.

DANIELEM. GEORGIUM. MORHOFIUM.

Rostock, Typis Hæredum NICOLAI KILH, Acad. Typ. 1659.

VIRO NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO
ET CONSULTISSIMO

DN. LAURENTIO BODOCK,
Philos. & J. U. D.

SERENISS: DUCIS MEKLENB: CONSILIAR:
INTIMO, AC HISTORIOGRAPHO,
Oratori, ac Professore splendido. Facultatis
Philosoph. SENIORI Spectabili.

VIR NOBILISSIME,

INvitarerat me antea quot dies ad hoc carmen scribendum Vir longe eruditissimus, cui me meaq; aliquando non displicuisse saepe tacitus ac in sinu gaudeo: Acceperat enim, nescio quo casu, fata tuae Ciconiae; Qualia in simili genere Epicedia ab aliis esse factitata ille agebat, nec ego dememini. Primum quidem praemolestia, quae obsidebat animum, non potui illum ad hoc instituere. At inde putabam, me invenisse, non quod pueri in faba, quod una duos dealbare poteram parietes fidelis; Illi obsequiosus & Tibi non ingratus. Admovi igitur calamum & paulatim me facer ille furor incessabat; veluti qui sub cinere latet ignis ad ventuli afflatum solet elucescere. Moliebar quidem ab initio *μη μωρὸν*; & abripuit illud largior Castalii fontis affluxus in hoc carminis diluvium, & abripuisset porro, nisi quis mihi Virgilianum illud: *Claudite jam rivos*, succlamasset. Multa sane fateor adhuc poterant satis lepide fingi. Pluria quidem meditatus eram ipse, quae hinc non incommode dici posse arbitrabar: Sed alia praeventu suo succrescentia loco illa excludere ac numero. Adeo difficile mihi erat hinc pedem ponere & manum tollere. Assume igitur, Vir splendide, carmen hoc, ut a matre calamo veniat, nec secunda cura elimatum. Quid enim gravitas in materia, quae alias levis censenda esset, nisi ad tuas manus perveniret. Assume hanc piam, innoxiam & nulli ciconiam pensentem Ciconiam. Quis enim Caro, quis Fronto invidet jocis candidis? A tali n. urbanitate qui absunt ab humanitate abesse censendi sunt. Per tuas itaq; delicias, quas tibi eripuit inficeta manus, te obtestor, sume levidensem hunc lessum & simul animum

T. Enc. Observantissimi

D. G. MORHOFFI,



Lete nefas Musæ, periit sanctis-
simus ales

Et Domini pia cura sui, pracla-
ra volantum

Gloria & aërei pulcherrima por-
tio mundi.

Non indigna loquor: neq; erit
minor inde dolori

Namia, ne justas quisquam damnare querelas

Audeat, ut fatua lamenta in gloria lingua.

Vilior exequias olim canis & sua ceruus

Busta Maronis habet, tuaq; ð Schœneia Virgo,

Aura Caledoniis tumulos invenit in agris.

Efferus extinctos Parthus flevisse jugales

Creditur. Ipse suo Pellæus funera Rector Alexander M. vid. Curt. aliisq;

Duxit equo cessitq; no vis in nomina muris

Bucephalus pulchri portator ponderis. Ipse

Ærea Casareus meruit monumenta caballus. Augusti & Julii Casari Domitiani, vid. Papin. Statian.

Multum ploratas quondam Memphitica feles

Extulerat regio pugnantescq; unguibus urfos. vid. Lector. Officium. lib. 7. c. 32. p.

Sic te, mime, plaga viridis regnator Eoræ,

vid. Lectoris officium. c. 32. lib. 7. p. 794. 795.

Psittace,

Lasperatiz

Ante Hieronymi
Romani Lib. 2.
Eius busta nichil ra-
tione itantz homine.

phg Herully p. 49 ex
e nymph. text.
c. 28. lib. 7. p. 740.

Vil. Hnat.

Psittase, Papinius funesto carmine flevit,
Gentilemque suum Passertius. Est sua brutis

Virtus & genii solens imitatio nostri,
Est Pietas justique tenor, magnisque vehemens

Laudibus. Et niveis inter spelea ferarum

Canafides alis volat & concordia sanctas

Lauri nexa comas. Puerum Cretea Tonantem Jovem

Capra piis quondam fertur satiasse papillis,

Clavigeroque satus nutritis ab ubere cerva

Laofidum suxit. Vatem quis pavit Eliam?

Corvus erat. Quantis rapuit te, Androde, periculis

Infamis feritate Leo, plaudente popello,

Mitica cum manibus generoso basia labro

Figeret innocuamque agitare verbera cauda.

Scilicet hoc cantus mortales finxit ad instar

Japetoniades & ab artibus ille ferarum

Consuit humani compagem corporis omnem

Jam leo bile tumens homini miscetur, & anguis

Calliditas pro parte ratam candoremque columba

Simplicitasque agni. Jam Vis animusque caballi

Involat in mentes asinique trahentis caudam

Segnities. Vultus norma formantur eadem.

Huic torva stat fronte caper, huic plurima Vulpes

Per facies oculosque meat, vel amica tuto sus

Ora in Pyramidem Mareotida traxit: at illi

Cesareum lunata aquila concedere nasum

text.
c. 28.

text. lib. 7. c. 30.
p. 743.

to p. 740.

Rostrum

Rostra solent & prolixo crotalistris cornu.
Si jam debemus nostros animalibus ortus
Quanta d̄ quanta tua dabitur reverentia genti
Dux volucrum, infando sublata ciconia casu,
Quam gemit aëreus lessu clangente senatus.
Occidit ille probus miserandis ictibus ales,
Occidit ante diem volucer, quo Juno patente
Non similem fert alma sinu, bonus, optimus, insons
Castus, nec peregrina impurus prædo maritæ,
In pullos pius & gravidorum etate parentum
Bajulus. Ille feros nunquã exarmatur in ungues,
More gruis milviq; nec insidiosus inermes
Insectatur aves pedibusq; eviscerat uncis.
Laudatum tumidus pavo non ventilat Arguri,
Nec Corvus per inane bo at furtivaq; captat
Pabula, nocturnumq; agit ater Stentor abubo:
Sed nec ab injustis immunem reddere fatis
Aut valuit pietas aut fraudum nescia Virtus.

Musis sacra dies erat, & celebrata Camænis
Orgia festivo decorabant incluta plausis
Pectora & æterni sacrarant montis alumnos,
Innuba queis titulis laurus nascentibus ora
Auxerat. Extremus rernovebat pabula Vesper
Depletas ducturus ad ebria gaudia mensas:
Ecce, (quis ille fuit? quis tanto crimine fontes
Imbuit Erro manus?) petulante tenebrio dextrâ

Ciconia.
v. d. lect. sic. lib. 7.
p. 778

que comparat am abisa

Temp.

Indevitato trajecit plumea telo
Pectora, a veniq³ gravi suppressam lumina somno.
Ter quater ultrices contra vibraverat alas,
Ter revoluta solo est; altum tamen abdita vulnug
Laxat vincla anima colloq³ supina remisso
Rostra cadunt: veluti subito ictus vulnere miles,
Cui sopor hostili malecautus nubefefellit
Lumina. It ille suum moriens adversus in hostem
Semivigilq³ pigrâ stringit labente macheram
Impete; mox gelido confundens Morphea fratri
Sternitur & pulchrâ titubat quoq³ truncus in irâ
Quid meruit volucrum pulcherrimo? An quod iniquus
Arbiter arcanis effutiat acta latebris,
Ceu Larissa & tu furta Coronidos olim
Corve loquax: nam si tunc non virtute fideq³
Peccasses nimia, jam nunc quoq³ candidus esses;
Quod mures lentq³ insecta fluentia tabo
Inventasq³ necat per devia rura lacertas
Et genus omne mali & pratis nocitura venena
Inq³ putri ranas, crepitacula barbara limo:
Quod probus & bonus est, meritis benefacta rependit,
Castusq³ illustri laceravit adultera morfu
Lumina. * Non scelus hic. Nulla hic vestigia fraudis,
Nec labes. Digno non illum carmine Cygnus
Extulerit; quamvis Lydi prope stagna Caystri
Inchoet ore sacrum, proprii sibi praefica fati,

Stipulum
Ovid. 2. Me
tamorphos.

*vid. Alian.
de Anima-
lib. 1. 8. c. 19.

Deficiente

Deficiente melos & aventes mulceat auras.

At tu, quisquis eris, ne sperne, Avicida, volucres
Vindictamq; gregis teneri. gravis ira volantum est.

Sunt ungues, sunt rostra tuo minitanti crimi;

Agath.
Iliacum Jovii portator fulminis olim

Abstulerat puerum. Luit huic divina Prometheus

Viscere furta suo. Tityo jecur eruit uncus

Vultur ob aetherea supra intentata Diana.

Ibyce, fida tuam vindex justissima mortem

Grus docuit. Queritur densis Philomela sub umbris

Threiciumq; etiam nunc murmurat illa Tyrannum.

Non Tibi Chaonia stent interfercla columbae,

Non perdidit turdusq; nec asso corpore Gallus,

Martiniq; tuis cadat insons hostia mensis,

Casti veni Lucina, tum nam creditur illud

Esse animal, pueris longum clamantibus: Evax

Pulchra Ciconia, da fratrem parnamq; sororem;

Huc ades atq; tuijam ulciscere fata clientis.

Vos o plumosis qui verritis aëra pennis, *penna habet plumas.*

Ultima gentili persolvite munera vestro.

Nec soli plangunt nivei sua funera Cygni;

Non & apes, tectis cum corpora luce carentium

Exportant; crepitante gruis prope Strymona luctu

Exequias fama est denata itare gregali.

Assyrium bustis Phœnix apporet amomum,

Sicaniumq; crocum Panchraq; tura & olentes

Helia-

idm, seil. Succin. idm. Heliadum lacrymas; seu cum sibi depopulatur
Splendidus emeritos flammis genitalibus artus.

At Tu, quam geminus, posuit cui sibila serpens
Et quam Thessalica poterant metuisse noverca,
O dulcissima avis, Dominiq; benigna voluptas,
In nomen factura polo. Cur non tua te astris
Insereret Pietas? minor inter sidera corvus

Pascitur, infamisq; salit per mollia cali

Rura Lepus, Pigrumq; Canis baubatur ad Austrum.

Nos duraturo claudemus membra sepulchro

Victuroq; tuos dicemus carmine manes.



D.M.S

* * * * *

D. M. S.

Hens, Viator, paucis te volo!

Stae illico, qui stas nunquam.

Ad standum te invitat, sepiuscule, dum stare poterat,

Stans pede in uno *Empusa*. *quino saepe stet pede.*

Nunc hoc tumulo jacens eben! jacens

Gracilipes, Longipes,

Libytopedi; tempore Veriporta, Hyemisfuga,

Petron! Pietaticultrix, *crotalifera*, *al. Coccybina.*

Ranapiscatrix, Anguivora.

C I C O N I A.

Juxta singulorum Elementorum mysteria dixeris:

Candidum, Justum, Castum, Optimū, Nulli, Injuriousum Alitem,

Et quod palmarium erat,

Pium.

Nomen erat illi

A D R I A N O.

Non casu inventum; sed consilio impositum,

Originem habens

Hinc à Casare; Inde à Pontifice,

Est igitur ales

Hinc justus, inde pius.

Patria ignoratur, nisi forte cum Philosopho illo sit κοσμοπλιτης;

Parentes quoque nesciuntur, aut si quos habuit fratres sororesque:

Tum quod sermone nobis non populari utebatur:

Tum quod inopinè praeventus morte exponere

genus suum non potuerit,

B

Quod

Quod forte à magno Aenea de manu in manus q̄s. tradi-
tum ex petri uxorē Pythagorica acceperat.

Exstinctus itaq; est

Improlis, intestato, nec conjugato atq; adeo ante sumptā virilē togā.
Accesserat ultro ad ades Domini sui, non ut transfuga, non ob
adulterium expulsus aut deportato; sed honesto à suis segregatus
divortio.

Cautus sane in hoc, quod

Forum vitare & superba civium

Potentiorum limina

Et Musarum potius societatem amplexus, apud Virum Excellentissi-
mum, integrum per biennū, liber ali exceptus hospitio, gratissimum
consumserit otium, nunquam minus otiosus, quam
cum esset otiosus.

Honeste vixerat, neminem laeserat, suum cuiq; tribuerat,
Ut & in sublimi Avium Republicā non solum Viri, sed etiam civis
boni munus subierit.

Nemini noxius, nisi noxiis: pua Vespertilionibus, ser-
pentibus longiq; colubris.

Atq; hoc iusti erat.

Nec erat superbo, ut Pavo; rapax ut Milo; clamoso, ut Corvus; furax,
ut Monedula; nec infaustus ut bubo. Neq; ob pauperiem
illatam XII. Tab. damnas fuit. Placidus erat,
tranquillus & modestus, ubiq; sui similis.

Iner Philosophos ad negatā virtutem gravitatem propius accessisse
visus est: Stoicos vel in eo detestans, quod jubeant esse Affectibus
orbos, id est truncos: Amorem enim hac natio suo q̄s.
jure profitetur.

Pia est erga parentes; Prona erga liberos.

Casta in amore; Concors in Conjugio.

Placida erga pares; Obsequiosa erga superiores.

Grata beneficentibus, officiosa omnibus.

Neq;

Neq; jus hospitalitatis illam violasse unquam fando auditum est.
Adeo dominatur apud illam amor erga suos, ut Legi Pelar-
gica originem dederit.

Decimas saepe solvit & tributa. Agnoscite hic
quid malorum.

Noster hic volucris, quem minime degeneri stirpe satum ipse bone-
fior vultus loquebatur; Dominum suum nimium quantum ama-
vit, saepiusq; salutatum venit. Namq; in pueritiâ suâ forsan è
Catone hauserat aureum illud:

Saluta libenter.

Poterat hinc tribus maximorum Pontificum nominibus insigniri:
Pii. Innocentii. Urbani.

Habitus autem ab illo admodum fuit liberaliter, non serviliter, ut
nec contra Divi Antonini rescriptum egerit herus.

Felicissima sane avis!

Nisi quod ante obitum, secundum Solonis effatum, felix non erat.
Invenit enim, à crudeli manu perfossa, aequale magnis viris fatum,
non aperto Marte; sed insidiis obruta,
Non sub apricâ luce; sed dolosis tenebris invasa,
atq; in ipso Musarum Festo.

Non deplorandum est, quod innoxia obierit. Quo de mortis genere
olim sibi gratulabatur Socrates.

Immane tamen facinus!

Quod & Thessalis quondam capitale fuisse accepimus.

Adeste ultrices Deae!

Protrahite in lucem Avicidam!

Implorat vos Senatus Populusq; Aereus.

Exoptat illud Herus.

Exspiravit autem illa subitâ morte,
anno, quo

(ecce vixit fati!)

ADr lanV's

AdrianVs Indigne te Lo CaDis.

Ad XXV. Octobr. die

Sub noctem.

Hei sibi vere noctem!

Tu autem Viator

Tolle pedem.

Precare illi levem terram,


Et in clamo solenne illud:

VALE! VALE! VALE!


Halitus ejus ibit jam jam ad nemus
Elysum.


EAT! O EAT BONIS AVIBUS.






Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.







the scale towards document

os, Et aves mulceat avis as.
quis eris, ne sperne, Avicida, volucres
gregis teneri. gravis ira volantum est.
unt rostra tuo minit antia crimi;
portator fulminis olim
rum. Luit huic divina Prometheus
suo. Tityo jecur eruit uncus
ereae supra intentata Diana.
n vindex justissima mortem
Queritur densis Philomela sub umbris
etiam nunc murmurat illa Tyrantum.
onia stent inter fercla columba,
ardusq; nec asso corpore Gallus,
is cadat insons hostia mensis,
cina, tum nam creditur illud
veris longum clamantibus : Evax
ia, da fratrem parnamq; sororem;
tui jam ulciscere fata clientis.
rosis qui verritis aera pennis, *penna habet plumas.*
per solvite munera vestro.
ant nivei sua funera Cygni;
tectis cum corpora luce caerentum
epitante gruis prope Strymona luctu
ta est denata itare gregali.
lis Phenix apportet amomum,
locum Pancha aq; tura Et olentes

Helia-